

SS 1729

105

RECTOR
ACADEMIAE GIESSENAE,
SEBASTIANUS
MASSON,
JUR. NAT. ET GENT. CIVIL. ITEM
AC MORAL. PROF. ORD.

LECTIONES

PER INSTANS SEMESTRE AESTIVUM

A SINGULIS PROFESSORIBUS
IN QUAVIS FACULTATE

CUM PUBLICE, TUM PRIVATIM
HABENDAS

LECTISSIMIS CIVIBUS ACADEMICIS

INDICIT ET COMMENDAT

SUB SIGILLO ACAD. MAIORI

ANNO MDCCXXIX. DIE 18. APRILIS.

GISSAE,

Typis Vid. Joh. Reinh. Vulpii, Acad. Typogr.



In Facultate Theologica.

JOH. BARTHOL. RÜDIGER,

*SS. Theol. Doct. ejusque Prof. Ordin. Consistorii Adseff. ditionisque
Marburgo-Darmstadinæ Superint.*

Quamprimum, DEO sospitante, morbi diuturni vinculis atque compedibus, quibus hactenus detentus, studiorum laboribus par esse non potuit, relaxatus fuerit, *privatas* lectiones de **GRATIÆ DIVINÆ GRADIBVS** prosequetur: *Publicè vero vel Polemicas*, quascumque e votis Dnn. Auditorum fore intellexerit, his substituet, vel ad exercititia homiletica recte instituenda, per exempla brevem ac per *præcepta* planam viam desiderantibus monstrabit.

JO. GOTTOFR. SCHVPART,

*SS. Theol. P. P. O. Consistorii Princip. Adseffor & Diæces.
Alsfeld. Superintendens.*

Publicis Lectionibus in partem alteram vaticiniorum *Hoseæ* commentabitur, postquam priorem elapsò semestri absolvit. In Theologia dogmatica *Ezæchieloyia*, et quæ hanc de *Peccato et Médis Gratiae* excipiunt dogmata, privatim exponet, daturus simul operam, ut, quae in Moralibus, *Culturam et Incrementum hominis regeniti spectantia*, supersunt, perducantur ad finem. Proxime, finitis Scholis Pastoralibus, ad *Jurisprudentiam divinam* progredietur, nihilque omittet eorum, quæ ad studia theologica Commilitonum pro viribus exornanda et promovenda, pertinebunt.

IO.

IO. GEORGIVS LIEBKNECHT,

SS. Theol. Doct. eiusdemque Prof. P. Ordin. & h. t. Decanus.

Eccliae Lutheranae librorum symbolorum explicationi
huc usque datae, per instans semestre in lectionibus publicis ad-
det Eccl. Romano-Catholicae libros symbolicos, vna cum aliis cir-
ca istos momentis, praesertim historicis. . Privatum institutiones
Theologiae positivae BAIERIANAS inde ab articulo de justifi-
catione continuabit, nec iis deerit, qui easdem forte ab initio
explicandas desiderant. Insuper lectionem Exegetico-practicam,
praemissis certis regulis, in Evangelium S. LVCAE instituet.

In Facultate Juridica.

D. JO. FRIEDERICVS KAYSER,

Consil. Hasso-Darmstatti. Jur. P. P. O. & Acad. Syndicus.

Publike Collégium Iuri's Feudalis ad ductum Examini Stry-
ckiani, praeterlapso semestri coeptum, hac aestate ad finem
perducere contendet. Privatum Collégium iuri's publici non
ita pridem finitum b. c. D. de novo, & quidem vel ad Hornii
Compendium, vel ad Introductionem Schwederianam, in gra-
tiam Auditorum aperiet, simulque novum Collégium ff. ad
Compendium Lauterbachianum adjicet, quantum pote, ope-
ram daturus, ut Nobiliss. Dn. Dn. Commilitonum desideriis ex-
amini satisfacere queat.

D. JO. FRIEDERICVS WÄHLI

Prof. P. Ordin.

PAndecitis ad ductum Compendii LAVTERBACHIANI praे-
terlapso semestri hyemali coeptis et ad finem ferè perductis, no-
va collegia auspicabitur; publice institutiones Iuri's Can. SCHIL-

TERI explanabit, privatim vero STRUVII *systagma Iuris Feudali*,
nec non *institutiones* D. IVSTINIANI interpretabitur operam-
que dabit, ut collegia copta hoc semestri absolvantur, honestis
Dñi, Commilitonum desideriis non defuturus, qui in alia legi-
timæ scientiæ parte industriam suam excitabunt.

IO. GEORGIVS ESTOR, D.

IN scholis priuatis hoc aestivo semestri et institutiones iuris ci-
uilis et iuris publici prudentiam, et historiam imperii Ger-
manici docebit horis antemeridianis. Ut proiectiores quoque
controversiarum illustrium sibi adquirant notitiam accuratam;
in horum gratiam enucleabit *publice* prætensiones illustres.
Priuatissime perget in explicanda bibliotheca iuridica Struviana.

BERNH. NIC. STOCKHAVSEN,

J. U. D. & ejusdem Prof. Ordin.

Absolutis lectionibus tam publicis quam privatis, hoc se-
mestri æstivo, si DEus vires & valetudinem restituerit, de-
sideriis Dominorum Commilitonum in quacunque iurispruden-
tiæ parte satisfacere, omni opera contendet.

GEORG. LVDOV. LEVTNER,

Prof. Juris Extraord. & Facult. Jurid. Adseffor.

Publicè B. Cancell. Hertii Ichneographiam Institutionum Justin.
semestri hoc æstivo illustrabit. Privatim, finitis lectionibus
ad Institutiones, & Lauterb. Compend. Pandect. eas denuo in-
choabit; in iisque Analecta sua desiderantibus communicabit,
& ut protectus suorum eo magis promoveat, in singulis Colle-
giis perpetuo examine eorum industriam excitabit. Quin ad
B. Sam. Stryckii Introductionem ad Praxin Forensem; neque ad
majora nati, jura tantum, privatorum controversiis adplicanda,
sciant superioritatis autem territorialis effectus strenue ignorent,
LIUT.

(o)

decrevit, Hornii Juris Publici Prudentiam interpretari, & varia
instituere exercitia disputatoria.

In Facultate Medica.

JO. CHRISTOPHOR. HERTIVS,

Med. D. huiusque Prof. & Archiater Hasso-Darimst. Primar.

UBi otium aulicum ipsi permittit versari in Academia, non de-
erit, si quacunque ratione Philiatrorum conatus promovere
poterit;

JO. CASIMIRVS HERTIVS,

Med. D. & Prof. P. Ordin.

PUblice, ut temporis munerasque sui rationem habeat, con-
sueticis botanicis laboribus ac demonstrationibus vacabili. pri-
vatim vero, si quidem idoneos Auditores nactus fuerit, Cl.
Teichmeieri Institutiones Medicinæ forensis illustrare constituit,
in anatomicis quoque & chirurgicis iis non de futurus.

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

Prof. P. Ordin.

IN Praxi Medica per casus elaborandos illustranda sedulo perget
Initiatis, si accesserint, Instituta explicabit.

LUDOV. HENR. LEO HILCHEN,

Med. Lic. & Prof. Publ. Extraordin.

PUblice Jurisprudentiam Medicam, excellētissimi Teichmeyer
Institutiones Medicinae Legalis explicando & illustrando, do-
cebit. Priuatum expectabit vota & desideria Dnn. Auditorum,
quibus pro viribus satisfacere studebit.

In Facultate Philosophica.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,
Mathematum Prof. P. Ordin.

Priuatim in Elementorum mathematicorum, recens editiorum, parte prima totus erit, huicque operae, publicarum lectiōnum loco, perpetuum addet exercitium, nec non in ventilāndis thematibus selectioribus suum probabit studiū. Ne autem vel in sublimiori Geometria, siue Algebra, vel in reliquis partibus Matheseos mixtis e. g. Architectura militari aut civilī &c. quid desideretur, vnde suam omnibus promittit diligentiam.

IOANNES HENRICVS MAIVS,

Antiquitatum, litteraturae Graecae, & linguarum orientalium
Professor ordinarius.

VARIAM AELIANI historiam, et serenas AVLI GELLII noctes Atticas, publice interpretari perget, ac in vitroque scriptore, cum rerum priscarum monumentis tum vermiculata tessellisque multicoloribus variegatam dictiōnem sedulo adnotabit; priuata autem industria antiquitates siue Ebraeas siue Graecas tradet. Publice docet hora decima.

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

Phil. Nat. P. P. O.

PARTEM Physicę specialem, ad ductum Introductionis suae, explanabit; nec in aliis iucundissimae et utilissimae scientiae partibus desideriis Generos. et Nobiliſſ. Commititonum deerit.

D. JO.

D. JO. CONRADVS ARNOLDI,

Log. & Metaphys. Prof. Ord.

PNeumaticam s. doctrinam de Spiritibus, ut per eam aditus ad Theologiam Naturalem patefiat, Lectionibus publicis definavit. In privatis, porro, Metaphysicæ ac Logicæ præcepta universibus practicis studiose accommodabit, secundum ductum Auctoris, vel ex recentiori, vel antiquiori ævo, pro lubitu Dunn. Auditorum selegendi, ubi simul personati Minck von Weinsheun Logica Memorativa per imagines, animi causa perlustrabitur & illustrabitur.

SEBASTIANVS MASSON, P.

IN usum illorum, qui superiore iam semestri, vel ante, principia Iuris Nat. hauserunt, collegium pro lubitu *Examinatorium* vel *Disputatorium* hora pomeridiana III. instituet. Denuo quoque PUFENDORFI Lib. de *Off. Hom. et Ciu.* hora matutina VIII. explicabit. Nec minus in *Politiciis ac Moralibus*, in quibus cel. BUDDEI lineas sequetur, sedulam desiderantibus fidamque operam praefabit.

CHRIST. FRID. AYRMANNVS,

Publicis lectionibus Notitiam rei litterariæ tradet ad ductum Conspicuus Heumanianus, uel similis libelli, & in subsidium quoque uocata Bibliotheca sua, selectioribus librís referta. Priuatim Historiam uniuersalem, Historiam & Jus publicum Imperii Ro. Germanici, Historiam deinde præcipuorum Europæ Statuum pertractabit.

JO.

JOHANNES RHENIVS,

Eloquentiae utriusque Prof. P. Ord.

IN publicis lectionibus H. Freyeri Tabulas orationias explicare perget, simulque Lactantii Firmiani lectionem cursoriam addet. Privatim collegium epistolicum & oratorium practicum instituet, quo illustria suppeditabit thema ta utriusque stili sermones componendi.

CHRIST. LVDOV. RUDIGER,

Prof. Phil. Extraord. Definitor & V.D.M. Civit. Giss.

Theoreticam posteaquam Geometriam propemodum absolvit, coeli per aëstatem miti clementia fauente, ad praxin in campo instituendam, nunc semet accinget. Nec desideriis illorum deerit, qui scholas nouas philosophicas denio ut adperiāt, iure suo postulabunt.

HAbebunt etiam Generosi & Nobilissimi Ciues comodissimam occasionem, in arte equestri, in ludo palaestrae, in arte comode & perite saltandi; nec non in linguis exoticis, Gallica, Italica, apud exercitorum istorum, & linguarum Magistros, publica

auctoritate constitutos, habiles admodum & idoneos, proficiendi, profectus suos augendi, partamque habilitatem perficiendi.

Etiamq. in aliis artibus, cuius necessitatibus obligatur, sicut medicina, agricultura, industria, &c. possit munere.